

Matthaeus Volland Johannes Brandt

Collegii Logici Disputatio IX. De Syllogismo Formaliter Considerato

Rostochii: Kilius, 1642


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729608859>

Druck Freier  Zugang



Ru. phil. 1642

Voland, Mathaeus,
Collegii logici disputatio
2-11



כ"ט ה'תש"ו

COLLEGII LOGICI

Disputatio IX.

De

SYLLOGISMO

FORMALITER CONSI-

DERATO,

Quam

PERMISSU

Amplissimæ Facultatis Philosophicæ

In Alma Rosarum

SUB PRÆSIDIO

M. MATTHIÆ VOLAND,

Mæno-Francofurtani S. S. Theol.

Studiosi,

*Præstantissimis & literatissimis suis Dominis
Collegis ventilandam proponit*

JOHANNES BRANDES, Sonderbur-
gensis Hollatus.

Ad diem 18. Julij.

•• (o) ••

ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII Academ: Typogr.

ANNO M. DC. XLII.


72



ARgumenta modo formali per-
spicis, eja
Formale hoc studii sit bona
forma tui.

l. mō, deproperabas


G. N. E.



ARdenter pugna, vinctes doctissi-
me BRANDES
Nam sic pugnanti, nominis o-
men erit.

apposuit

P R Æ S E S.



Ad Literatissimum D N. R E S P O N D E N T E M,
Popularem, Contubernalem, & Amicum suum haud
postremum de Syllogismo simplici & ejus con-
sequentiā differentem.

Simpliciter simplex *argumentarier optat* :
Nam verum simplex, nuda sequela parit
Argumenta *ferunt dubias persæpè loquelas.*
Comperta; *ast simplex tollit & has removet.*


Lra.

Gratulor hinc meritò, BRANDES, dum talia tra-
das

Quae pergrata DEO, grataq; sunt homini.
Simplici & ex puro verorum corde paratur
Ante DEUM semper gloria Christi adum.
Sis simplex verbis, factis sacra pagina monstrat,
Sic tibi post vitam hanc vita perennis erit.

Congratulationis ergò properè
scripsit

Petrus Dreyer, Hatersl.
Holsat.





Ritè facis BRANDES, dum tu dialectica
tradis
Vincla, quibus possisnectere vulgus
iners.

Tu qui simpliciter simplex facis argumen-
tum,

Jam jam compones abdita sacra DEI.
Sic tibi simplicitas cordi, tumor absit iniquus,
Sic DEUS extollet te super astra poli.

JOHANNES EBSEN/
Sonderb. Holsatus.





Collegii Logici
DISPUTATIO IX.
De

SYLLOGISMO FORMALITER
CONSIDERATO.

THESIS I.



Bsolvimus etiam DEO T. O. M.

juvante tractatum de Enunciationibus, accedimus igitur ad doctrinam de Syllogismo tractandam, & quidem hac in disputatione Syllogismorum formalem considerationem instituemus.

II. Omnium autem primò definire placet ipsum Syllogismum, cujus definitio talis est apud Aristot. *lib. 1. prior Analyt. c. 1.* Συλλογισμος ἐστὶ λόγος, ἐν ᾧ τεθέντων πινῶν ἕτερόηι τῶν κειμένων ἐξ ἀνάγκης συμβαίνει, τῶν αὐτῶν εἶναι. i. e. Syllogismus est oratio, in qua positis quibusdam diversum quid à positis sequitur ex necessitate, eò quod illa posita sint.

III. Dicitur autem Syllogismus ἀπὸ τῆς συλλογῆς τῆ λόγου à collectione rationis: Ratio enim in Syllogismo ex duabus præmissis aliquid, videlicet conclusionem colligit.

IV. Dicitur autem Syllogismus in Græco textu λόγος quod Vocabulum vertitur per orationem; Ubi notandum quod per orationem tam externa & verbalis oratio, quàm interna & mentalis intelligatur, quia Syllogismus aliquis mente concipi, & ore proferri potest imò optimus Syllogismus formari potest in mente, qui tamen ore non statim efferatur & pronuncietur.

V. Cùm verò Syllogismus dicitur oratio & quidem una oratio, videtur id pugnare cum Syllogismi structura, quæ constat ex tribus orationibus enunciativis: Verùm Conimbricenses hoc du-
A bium

Re
bium ita solvunt, dicentes, esse orationem unam copulativam, hoc modo: *Omne animal sentit: Et omnis homo est animal. E. Omnis homo sentit*, alii, ut Scotus, Tartaretus, Carolus de Raconis, itemq; Javellus putant esse unam orationem conditionalem, hoc modo; *Si omnis homo est animal. Et Petrus est homo. Ergo Petrus est animal.* indeq; existimant Syllogismum Categoricum esse propositionem hypotheticam. confer *hac de re Clariss. & Excell. viri M. Laurentii Wegeri quaest. 6. in lib. prior. Analyt. in org. Arist. p. 579.*

VI. Objectiones, quæ formari queunt contra sententiam statuentem, genus Syllogismi esse orationem tam mentalem quam verbalem, & ore prolatam, videri possunt apud *auth. modò cit. lib. & quaest. cit. p. 579. & seqq.*

VII. Dicitur porro in definitione Syllogismi *in ea quadam poni*: ubi per quadam posita duæ præmissæ intelliguntur: Si quidem in omni Syllogismo duæ sunt propositiones ex tribus terminis constantes, ex quibus conclusio inferitur.

IX. Præterea ponitur in definitione, aliud *quid ab aliis, quæ posita sunt, sequi*, videlicet conclusionem, quæ est diversa à duabus præmissis.

IX. Dicitur autem, *ex necessitate accidere, vel sequi conclusio*: Ea enim necessariò debet elici ex præmissis non contingenter.

X. Objiciat aliquis hîc hoc modo: Si Syllogismus est duplex, necessarius & probabilis, falsum est, in omni Syllogismo conclusionem necessariò inferri ex præmissis. Sed verum est prius. E. & posterius sequitur. Resp. distinguendum hîc esse inter necessitatem formæ & materiæ. Necessitas materiæ est quando omnes propositiones in Syllogismo sunt necessariae, & sic non omnis Syllogismus est necessarius, sed quidam est probabilis, qui constat ex propositionibus contingentibus, seu probabilibus: Necessitas autem formæ non consistit in hoc, quod propositiones per se sint necessariae, sed quòd conclusio necessariò sequatur ex præmissis. sive illæ in se necessariae, sive contingentes sint, sive veræ, sive falsæ sint, idq; fit per necessariam & formalem consequentiam propter legitimam præmissarum in modo & figura dispositionem, Potest hîc etiam

etiam cum Metaphysicis distingui inter *necessitatem consequentiam* & *necessitatem consequentium*: Necessitas consequentiam requiritur in omni Syllogismo, non autem necessitas consequentis. Sic in hoc Syllogismo probabili necessariò sequitur conclusio. Omnis mater diligit filium (de jure tenetur diligere filium) Elisabetha est mater. E. Elisabetha diligit filium. Sic in hoc Syllogismo falso infertur necessariò conclusio: ut *Omnis arbor est planta. Omnis lapis est arbor. E. Omnis lapis est planta.* Syllogismus hic optimus est quoad formam, & necessariò & formaliter. Per formalem & necessariam consequentiam, propter legitimam præmissarum in modo & figura dispositionem infert conclusionem, licet conclusio falsa sit, quia minor propositio falsa est, & sic quoad materiam bonus non est; Potest enim Syllogismus optimus esse, quoad formam, pessimus quoad materiam.

XI. Additur denique in definitione data Syllogismi: *propterea quod hac sunt*; quibus verbis indicatur, conclusionem vñ præmissarum semper debere esse talem. & aliam inferri non posse: Semper enim ex minori & majori inferri debet conclusio, medius enim terminus nunquam ingreditur conclusionem. Tantum de definitione Syllogismi.

XII. Principia Syllogismi sunt vel materialia, vel formalia.

XIII. Materialia sunt, ex quibus constat & confici debet Syllogismus.

XIV. sunt autem materialia vel remota, vel proxima.

XV. Remota sunt termini: Terminus autem est, in quem resolvitur propositio: ut in Subjectum & Prædicatum.

XVI. In omni autem Syllogismo tres sunt termini: *Major, Minor & Medius.* Major terminus est prædicatum propositæ quæstionis vel conclusionis: Minor est subjectum propositæ quæstionis vel conclusionis: Medius terminus est, qui extrinsecus (i. e. extra quæstionem) ad probandam quæstionem assumitur. Vel Medius terminus est, qui bis ponitur ante conclusionem, semel in propositione majore, semel in minore, conclusionem verò nunquam ingreditur.

XVII. Medius terminus cum primis ratione officii ita appellatur,

tur quia in omni Syllogismo est quasi mediator & arbiter qui partes extremas vel terminos uniat; & conjungat: Vel dicitur medius quia est inftar arbitri & mediatoris, à quo dependet an prædicatum quæstionis debeat in Syllogismo affirmari, vel negari.

In prima Figura potest etiam dici medius ratione situs: quia ibi ponitur medio loco inter terminum majorem & minorem, quod non fit in Secunda & Tertia Figura.

XII. Materialia propinqua sunt propositiones tres: 1. Major propositio, quæ aliàs simpliciter dicitur *Propositio*. 2. Minor propositio quæ aliàs etiam vocatur *Assumptio*: Quæ duæ propositiones uno nomine vocantur *Premissæ*, quia præmittuntur conclusioni. vocantur etiam *Partes antecedens*, quia antecedunt conclusionem. Aristoteles appellat *λήψεις καὶ λήματα* id est, sumtiones, quia sumuntur ad inferendam conclusionem. 3. Propositio est conclusio. Ubi notandum, vocabulum propositionis habere varias significaciones. 1. enim notat omnem enunciationem & sic conclusio etiam propositio potest appellari. 2. significat alterutram præmissarum, & sic nos sumimus hoc vocabulum, quando dicimus propositionem esse vel majorem vel minorem. 3. accipitur pro propositione majore tantum.

XIX. Propositio Major est, in qua major terminus cum medio disponitur: Minor est, in qua minor terminus cum medio disponitur. Conclusio est tertia quædam propositio, quæ ex præmissis inferitur. Tantum etiam dictum est de materialibus principiis sequuntur formalia principia Syllogismi.

XX. Principia formalia sunt dispositiones quædam principiorum materialium, i. e. terminorum & propositionum, & sunt *Figura* & *Modus*, quia hæc duo pertinent ad formam Syllgisticam.

XXI. Figura est legitima dispositio medii cum extremis secundum subjectionem & prædicationem.

XXII. Cum igitur medius terminus triplici modo cum extremis disponi queat, ita ut naturaliter aliquid sequatur, triplex etiam datur figura: Quot enim sunt dispositiones medii cum extremis naturales, tot etiam sunt figurae.

XXIII. Sunt igitur tres figurae. Prima est, in qua medius terminus subicitur

Subjicitur in majore propositione, & prædicatur in minore propositione: Secunda est, in qua medius terminus bis prædicatur: Tertia est, in qua medius terminus bis subjectum est: Juxta versiculū: *Sub: Præ: Prima Secunda bis est Præ: Tertia bis Sub:*

XXIV. Exempla figurarum essent subjungenda, sed quoniam passim in libellis Logicis occurrant, lubens eadem omitto.

XXV. Figura quarta non est naturalis & perspicua, hinc etiam non ita observanda est, ut cæteræ, imò potius supervacanea judicanda est. D. Brunnemannus Phil. & J. U. D. ac Logic. Prof. celeberr. in suo enchiridio Logico ita sentit de figura quarta: *Sic legitimum illud vocetur, quod suis legibus constat, hæc dici potest legitimum, sed si legitimum sumatur pro eo, quod legibus Logicorum, & communi consensu approbatum est, non est legitimum Figura: Hanc enim legem sibi dixerunt disputatores, ut non velint quarta, Figura Syllogismos admittere vid. auth. cit. ench. vid. Log. lib. 2. membr. 1. c. 1. de Syllogis. simpl. p. 251 & seq. confer etiam hac de re Combricq. 1. Art. 1. c. 7. de tribus figur. à p. 356 usq. ad p. 360. itemq. Scheibl. in tract. Syllog. cap. 5. de divis. Syllogis. in simpl. & compo. Art. 2. num. 19.*

XXVI. Alia quædam objecta contra numerum figurarum videri queunt in tract. Syllog. cap. 5. de divisione Syllogis. in simpl. & comp. Art. 1. n. 14.

XXVII. Canones generales de figuris observandi sunt hi: 1. Solus Syllogismus simplex est in aliqua trium harum figurarum. 2. Quot sunt naturales dispositiones medii termini cum extremis, tot sunt figuræ Syllogismorum. De specialibus canonibus figurarum infra dicemus.

XXVIII. Hisce figuris adduntur certi modi.

XXIX. Modus verò propositionum est dispositio earundem secundum quantitatem & qualitatem.

XXX. Sunt autem modi utiles in prima figura, 4. qui significantur hisce vocabulis apud Græcos *γράμματα, ἐγραψε, γραφίδι, τεχνικός.* apud Latinos verò hisce: Barbara, Celarent, Darii, Ferioq. In secunda Figura etiam sunt 4. modi, qui exprimuntur Græcis vocibus hoc modo: *ἐγραψε, κάτεχε, μετέβη, ἄχολονε* Latinis verò ita; Cesare, Camestres, Festino, Baroco; In tertia figura 6. sunt modi, qui Græcis vocabulis ita efferuntur:

runtur: ἄπειρα, γενάρως, ἰσάκεις, ἀσπίδι, ὀμαδός, Φέρειος;
Latinis verò hoc modo: Darapti, Felapton, Disamis, Darisi, Bo-
cardo, Ferison.

XXXI. Observandum hïc est, circa doctrinam de modis. 1. eosdem esse veluti species figurarum 2. quamlibet Syllabam horum modorum denotare propositionem. Prima Syllaba alicujus modi notat propositionem, secunda assumptionem, tertia conclusionem. 3. Vocales in hisce modis significare quantitatem, & qualitatem juxta versiculos hosce:

Aserit A, negat E, verùm generaliter ambo.

Aserit I, negat O, sed particulariter ambo.

XXXII. 4. Modi hi Latinis vocabulis expressi indicant etiam reductionem, & modum reductionis, prout illud ipsum in doctrina de reductione monstrari solet.

XXXIII. 5. hïc notandum est, non poni omnes modos per Vocabula supra posita, quia i. ibi ponuntur modi universales & particulares. non autem singulares. Hi enim sunt minus principales. 2. hïc ponuntur modi directi non indirecti. 3. hïc ponuntur modi trium priorum figurarum, non autem quartæ, quia hæc à multis Philosophis nobiliss. rejicitur. Si verò fortè cuidam illa quarta figura adhuc arrideat, eidem tum etiam modi huic figuræ adjuncti, placeant necesse est, comprehenduntur autem modi quartæ figuræ hoc versiculo:

Sunt Cadere & Fedibo, Digami, Fegano Balaniq̃.

XXXIV. Anne etiam in secunda figura sint modi indirecti de hac quæstione quid sentiendum, videri possunt *Conimbric. in cap. 7. de trib. Fig. Quæst. 2. Art. 1. pag. 362. & seqq. & Scheibl. in tract. Syllog. cap. 7. de 2. fig. Art. 2. num. 10.*

XXXV. Tantum etiam de figuris & modis Syllogismorum dicendum erat, pergo igitur ad divisionem Syllogismorum.

XXXVI. Divid. : Syllogismus est vel Affirmatus vel Negatus. Affirmatus, cujus conclusio est affirmata: Negatus est cujus conclusio est negata. hanc divisionem vide *in tract. Syllog. Scheibl. cap. 3. 2.* Syllogismus est vel universalis, vel particularis, vel proprius, Universalis est, cujus præmissæ sunt universales: Particularis,

laris est, cujus est particularis præmissarum altera. Proprius est, cujus præmissarum utraque est propria sive singularis, hæc quoque divisio Syllogismi videri potest in *tract. Syllogum. Scheibl. cap. 4.* 3. Syllogismus est vel simplex vel compositus: Simplex est vel absolutus, vel Modalis, vel exponibilis. De Syllogismis composito & Modalibus, ut & exponibili dicitur in disputatione subsequente, hic loquimur de simplici absoluto. 4. Syllogismus est vel perfectus vel imperfectus: Syllogismus perfectus est, qui nullius alius indiget, præter ea, quæ sumpta sunt, necessarium ut appareat. *Arist. l. 1. Prior. c. 1.* Syllogismus imperfectus est, qui unius pluriumve eget *Arist. ibi:* de hac divisione quomodo intelligatur, consulatur *Manuductio ad Log. Philip. Du. Trieu. tract. 3. part. 2. cap. 2. de princip. persic. Syllog. art. 2. p. m. 176. & seqq.*

XXXVII. Tantum etiam de divisionibus Syllogismi apud auctores Logicos occurrentibus dicere volui, accessum nunc facio ad canones & Regulas Syllogismum in genere concernentes & ad consequentiam syllogisticam pertinentes.

XXXVIII. Reg. I. Omnis Syllogismus congruat cum dicto de *Omni* vel de *Nulla*. Dictum verò de *Omni* est, quando nihil potest sumi sub subjecto, de quo non dicatur prædicatum: Dictum de *nulla* est, quando nihil licet sumere sub subjecto, de quo non negetur prædicatum:

XXXIX. Ex hisce definitionibus desumuntur duæ hæc regulæ naturæ lumine notissimæ. 1. Quicquid dicitur de Subjecto universaliter sumpto, dicitur etiam de quovis, quod continetur sub illo: & hoc est principium dirigens affirmativos Syllogismos. 2. Quicquid negatur de subjecto universaliter sumpto, negatur quoque de quovis, quod continetur sub illo: Et hoc principium & fundamentum est omnium Syllogismorum negativorum. Exempla horum principiorum passim occurrunt in prima figura.

XL. Sed hic notetur, quosdam Syllogismos habere dictum de *omni* & de *nulla* actu & explicitè, quosdam verò implicitè saltem & potestate. Actu habent Syllogismi primæ figuræ, universales & particulares, dico, *universales* & *particulares*, propter Syllogismos singulares, qui potestate habent, dicitur insuper syllogis-

mos

mos primæ figuræ habere dictum de *Omni* & *Nullo* actu, propter Syllo-
 gismos secundæ & tertiæ figuræ, qui non nisi potestate habent. Sic hic
 Syllogismus singularis non habet dictum de *Omni* actu, cum dicitur
 in tali forma: *Octavius est heres Cæsaris. Hic homo est Octavius. E. Hic*
homo est heres Cæsaris. Accipit verò dictum de *Omni* actu hoc mo-
 do: *Omne id quod est Octavius, vel Quicumq; est Octavius, est hæres*
Cæsaris, fiat nunc subsumpto, & Syllogismus erit in modo Barba-
 ra, quia singulares propositiones concurrentes cum universali pro-
 positione habentur à Logicis pro universalibus. Sic hic Syllo-
 gismus secundæ figuræ non habet dictum de *Nullo* ipso actu quam-
 diu manet in tali positu, ut: *Omni homo est animal. Nullus lapis est*
animal. E. Nullus lapis est homo. Non actu sed potestate habet di-
 ctum de *Nullo*, quia minor terminus *lapis* non continetur sub me-
 dio, (*animali.*) At tria requisita habent dicta de *Omni* & de *Nullo*.
 1. ut major sit universalis. 2. ut minor terminus contine-
 atur sub medio. 3. ut major terminus qui de medio fuit affir-
 matus vel negatus, in conclusione de minore affirmetur vel nege-
 tur. Accipit verò dictum de *nullo* ipso actu per reductionem ad
 primam figuram, ut cum proponitur in primæ figura hic modo
 formatus Syllogismus hoc modo: *Nullum animal est lapis. Omnis*
homo est animal. E. Nullus homo est lapis. Major enim hic 1. est uni-
 versalis 2. minor continetur sub medio. 3. major terminus de me-
 dio negatus, in conclusione de minore termino negatur.

XLI. Cum igitur dicta de *Omni* & *Nullo* sint fundamenta Syl-
 logismorum & affirmantium & negantium, merito rejicimus om-
 nes syllogismos contra hæc peccantes, ut: *Omne animal fuit*
in arca Noë: Tu hæc legens es animal. E. Tu hæc legens fuisti in arca
Noë: Essentia divina est Pater, Filius est essentia divina. E. Filius est
Pater. Animal est genus respectu hominû & bestia. Petrus est ani-
mal. E. Petrus est Genus respectu hominû & bestia. Hi Syllogismi &
 his similes peccant contra dictum de *omni*, quia major non est u-
 niversalis.

XLII. Reg. II. In Syllogismo tres tantum debent esse termini
 nec plures, nec pauciores. Non pauciores, quia duo termini
 sunt in questione proposita vel in conclusione, ad probandum

au-

autem quæstionem requiritur, medius terminus. & sic tres erunt tres termini. Nec etiam plures termini debent esse in Syllogismo quam tres quia aliàs ex veris præmissis sæpius sequetur falsa conclusio, quod est malæ formæ indicium.

XLIII. In hoc canone notæ nonnullæ sunt observandæ I. Termini non sunt æstimandi ex numero vocum, sed ex numero extremorum, subjecti, & prædicati, quæ variis dictionibus possunt circumscribi. ut: *Omni homo, qui finaliter credit in CHRISTUM salvatur. Petrus est homo, qui finaliter credit in CHRISTUM, E. Petrus salvatur.* Hic in maiore Subjectum non est æstimandum ex numero vocum, sed potius ex subjectio dijudicandum est. Omnes enim illæ voces, *homo, qui finaliter credit in CHRISTUM*, faciunt Subjectum, quia est omne illud, de quo dicitur prædicatum, scilicet, *salvari.*

II. Accidentia Grammatica per se & quæta alia, non multiplicant terminos ut *Omne eus est bonum. Famina est ens. Ergo Famina est bona.* Hic non alius terminus est *bonus*, nec rursus alius vox *bona* sed unus terminus sunt voces *bonum, & bona.*

III. Ad distinctionem terminorum non statim requiritur distinctio realis, sed sufficit si termini in syllogismo aliquo rationis distinctione distinguantur, ut: *Omne infinitum est omnipotens. DEUS est infinitus. Ergo DEUS est omnipotens. Omnis homo est animal. Petrus est homo. Ergo Petrus est animal.*

IV. Signa quantitatis & qualitatis, quæ sunt syneategoremata quando suo funguntur officio, non augent vel etiam minuunt terminos. ut cernere licet in modo proposito exemplo, quod tale est. *Omni homo est animal. Petrus est homo. Ergo Petrus est animal.* Hic particula *omni* non multiplicat terminus ita ut alius terminus sit *omni homo*, alius, *homo*. Quia particula *omni* est signum quantitatis. Sic cum dicitur: *Omnis homo est animal. Quoddam currens non est animal. Ergo quoddam currens non est homo* hic particula (*Non*) non etiam auget terminum, quia est signum qualitatis, adeoq; negatio (*non*) non est pars prædicati, sed est solum determinatio copulæ; Uti verò copula terminos non multiplicat, ita nec negatio.

V. Notetur esse aliquos terminos, in quibus occurrit *ἄλλοι*,
B id est

MB

s.e. ejusdem de eodem prædicatio cum quadam emphasi, ut: Quod scriptum est, scriptum est. Pilati inscriptio scripta est Ergo. Non hic deficit aliquis terminus in hoc syllogismo: Nam prædicatum in Majore propositione sumitur cum emphasi hoc modo: Quod scriptum est, scriptum est, id est, ita est scriptum, ut per manere oporteat.

VI. Interdum propositio probatoria sustinet locum majoris per crypsin quandam, & tum in hujusmodi Syllogismis non est vitium quatuor terminorum. ut: *Dextra DEI est ubiq³. CHRISTUS sedet ad dextram DEI Ergo. CHRISTUS est ubique.* Contra hunc canonem variè impingitur. 1. expressè ponuntur 4 termini ut: *Omni^s doctus est homo Petrus contingenter est doctus. E. Petrus contingenter est homo. Qui credit in DEUM, salvatur. Diabolus credit DEUM. E Diabolus salvatur. aliud enim est credere in DEUM, & aliud est credere DEUM.* 2. Peccatur contra hunc canonem, cum terminorum variatur suppositio, vel terminus aliquis modò sumitur cum statu, modò cum ampliacione, vel modò cum distractione. ut: *Homo est species, Petrus est homo E Petrus est species. Substantia est genus summum. Bucephalus est substantia. E. Bucephalus est genus summum. Animal est genus, leo est animal E. leo est genus. Qui surgebat, stat. Sedens surgebat. E. Sedens stat. Nullum combustum est domus. Quadam domus est combusta E. Quadam domus non est domus. Quicumque vident, non destituuntur visu. Cæci vident. E cæci non destituuntur visu.* 3. peccatur contra hunc canonem cum terminus aliquis mutilatè reperitur, ut: *Omni^s Scriptura Ciceroniana est sufficiens ad formandum stylum Una Epistola Ciceronis est scriptura Ciceroniana E. una Epistola Ciceronis est sufficiens ad formandum stylum. Omnes homines habent omnem scientiam (sc. qua cadere potest in hominem) Petrus & Paulus sunt homines. E. Petrus & Paulus habent omnem scientiam.* In duobus hisce Syllogismis sunt quatuor termini, quia in priorè & posteriori, particula, *Omni^s,* est pars Subjecti. E. debet repeti in minore, quod non factum; hinc quaternarius numerus terminorū ortus est. 4. Error hîc aliàs etiam committi solet, cum ambiguitas in terminis est, quod contingit in terminis æquivocis, qui vari-

as hab

as habet significationes. Cavendum igitur est ne sit diversa & ambigua acceptio & significatio terminorum in Syllogismo, facile alioquin sequentur quatuor termini in syllogismo. ut: *Homo est bissyllabum, quid, Constantinopolitanus est homo. E. Constantinopolitanus est bissyllabum quid.* Hic in hoc Syllogismo quatuor termini sunt quia vox *homo* aliter sumitur in majore videlicet in suppositioni materiali, & sensus majoris propositionis est. Hæc vox *homo* est bissyllaba, in minore; autem vox *homo* sumitur in suppositione formali pro re significata, scilicet animali illo rationali, quod homo est & ita duo sunt termini. 3. est *bissyllabum esse.* 4. *Constantinopolitanus.* Similia exempla sunt: *Mus rodit caseum. Mus est Syllaba. E. Syllaba rodit caseum. Animal est genus. Homo est animal. E. Homo est genus. Homo invenitur in Petro & Paulo. Petrus est homo. E. Petrus invenitur in Petro & Paulo. Virtus est genus fortitudinis, fortitudo est virtus. E. fortitudo est genus fortitudinis. Regula hæc secunda videri potest in idea bon: disp. & Mat: Sophist: sect. 2. caut: 1. p. 267. & seqq. itemq; apud Scheibl. in tract: syllog. cap. 2. quæst. 3. num. 71. & seqq.*

XLIV. Regula III. In altera præmissarum medium debet distribui, & quidem distributione completâ. Ratio hujus regulæ est dictum de omni, quod flagitat, ut minor contineatur sub medio, quod fieri non potest, nisi medium sumatur distributive: ut omnis morbus est sanatus à CHRISTO, Febris hujus hominis adhuc existens fuit morbus E. est sanata à CHRISTO. Medius terminus non sumitur distributive in Majore: sensus enim majoris est *allerley Krankheiten seyn von Christo geheilet worden* in minores medius etiam non distribuitur. Vide hanc regulam apud Excell: virum Dammhaver: *in idea modo cit: cautel. 2. p. 275. itemq; in Manuduct. ad Log: Du Trieu. p. m. 167. tract. 3. part. 2. c. 1. de princip. dirig: syllogis.*

XLV. IV. Reg. A. non distributo ad distributum non valet consequentia: Vel: Nullus terminus qui non fuit distributus in antecedente, distribui debet in consequenti: ut *Omne animal est vivens. Nulla planta est animal Ergo. Nulla planta est vivens.* Sic hic Syllogismus non tantum peccat in eo, quod minor sit ne-

gativa in prima figura, sed etiam peccat in eo, quod \rightarrow vivens in majori sit terminus non distributus, in conclusione autem distributive sumatur, quod patet ex doctrina de suppositione.

XLVI. V. Reg. Ex puris particularibus nihil sequitur (formaliter) ut: *Quidam aulici sunt divites. Quidam pauperes sunt aulici. E. Quidam pauperes sunt divites.* Item: *Omnis hominis oculus alter est dexter. Omnis hominis oculus alter est sinister. E. Quoddam sinistrum est dextrum*: Hi Syllogismi vitiosi sunt, quia constant ex puris particularibus. Ratio hujus canonis est, quia Syllogismus peccans contra hanc regulam, impingit etiam in alias regulas: Si enim Syllogismus sit in prima vel secunda figura, peccabit contra speciales illarum figurarum canones, qui requirunt, ut major sit universalis, sin in tertia figura impinget in regulam nostram tertiam *thesi 44.* positam, quæ postulat, ut medium in altera præmissarum distributive sumatur, quod non fit in Syllogismo tertiæ figuræ constantē ex puris particularibus, ut: *Aliqua virtus est fortitudo. Aliqua virtus est temperantia. E. quaedam Temperantia est fortitudo.* Hic Syllogismus est in tertia figura, & constat ex puris particularibus, medium terminus etiam non distribuitur, quia utrumque extremū propositionis particularis sumitur determinatē prout Philip. Du Trieux in *tract. de suppositione* docet. Deinde in hujusmodi syllogismis plerumq; quatuor termini meruendi sunt ut eūm prof: ro hoc Sophisma: *Quoddam animal est homo. Quoddam animal est bestia. E. Quedam bestia est homo*: Quatuor hīc sunt termini: Nam aliter sumitur \rightarrow animal in majori, videlicet, pro animali rationali, aliter in minore, nempe pro animali irrationali: Et sic duo sunt termini, 3. terminus est homo, 4. est bestia. Peccant denique Syllogismi constantes ex puris particularibus contra dictum de Omni & de Nullo; *quam rationem attingit Clarus. & Excellentiss. Vir Hornejus in disp. Log. 6. p. iii. th. 36.*

XLVII. Reg. VI. Ex puris Negativis nihil sequitur, videlicet per se & formaliter. Nam materialiter interdum aliquid sequitur ex puris negativis, ut cum profertur talis Syllogismus: *Nullus lapis est homo. Nullus lapis est leo. E. Quidam leo non est homo.* Verū quod hic Syllogismus nō concludat formaliter, probatur per Syl-

Syllogismus similis formæ, in quo ex veris præmissis inferitur falsa conclusio. Syllogismus verò similis formæ voco, qui constat æquè multis terminis eodem ordine dispositis, & æquè multis propositionibus ejusdem quantitatis & qualitatis. Sic hic Syllogismus est similis in forma priori, cum ita proponitur: *Nullus lapis est homo. Nullus lapis est rationalis. E. Quoddam rationale non est homo.* Conclusio est falsa deducta tamen ex veris præmissis, quare evidens signum hoc est vitiosæ formæ. Nam Syllogismus qui non in omni materia ex veris præmissis infert veram conclusionem, formaliter non est bonus, sicuti dicemus in alio canone.

XLIX. Objiciat aliquis autem hos Syllogismos infinitos: *Qui non audiunt verbum DEI, non sunt ex DEO: Judæi non audiunt verbum DEI. E. Judæi non sunt ex DEO.* Item: *Quod non est animal, non est homo. Lapis non est animal. E. Lapis non est homo:* Ubi omnes propositiones videntur esse negativæ. Resp. duplicem hic Logicorum esse opinionem. Alii revera minorem esse negantem in hujusmodi Syllogismis disputant, alii verò affirmantem, & quidem respectu majoris. Qui priorem sententiam arripiunt, illi coguntur concedere hujus generis Syllogismos esse ex puris negativis, qui verò posteriorem, illis non constat ex puris negativis. Quid de hujusmodi Syllogismis sentiam, dicam in conflictu. Manet itaq; quod Syllogismi confecti ex puris negativis non habent bonam & formalem consequentiam, quia aliàs 1. ex veris præmissis sapissime inferitur falsa conclusio. 2. hujus farinae Syllogismi non congruunt cum dictis de Omni & de Nullo, quæ flagitant, ut minor contineatur sub medio, quod hic non fit: ut e. g. *Nullus homo est asinus. Nullus leo est homo. E. Nullus leo est asinus.* Minor terminus in hoc Syllogismo est *Leo*, qui non conuenit sub medio termino, qui est *homo*.

XLIX. Reg. VII. Cavendum est, ne mutetur genus prædicandi in propositionibus. Mutato enim genere prædicationis non valet consequentia. Mutari autem genus prædicationis dicunt Logici. 1. quando fit confusio notionum primarum cum secundis ut: *Omnis homo est animal. Quædam species est homo. Quædam species est animal.* 2. cum fit transitus de genere in genus. i. e. cum

f.
ex prædicamento uno fit saltus in aliud. ut e. g. *Illud corpus quod
pronobis fuit traditum, manducatur in cena: Sed corpus palpabile
& visibile pro nobis fuit traditum. E. Corpus palpabile & visibile
manducatur in cena.* Confusio hinc fit prædicamentorum, substan-
tiaz, & qualitatis. Major enim intelligitur de substantia corporis,
minor verò de qualitatibus corporis. 3. Mutatur genus prædican-
di, cum terminus aliquis aliter accipitur in una præmissarum, quàm
in altera, ut cum dicitur: *Vulpes est quadrupes. Herodes est vulpes.*
E. Herodes est quadrupes. Item: *Lupus est animal irrationale. Ty-
rannus est lupus. E. Tyrannus est animal irrationale.* 4. Mutatur ge-
nus prædicandi, cum termini abstracti cum concretis confundun-
tur, ut: *Calor est qualitas. Ignis est calidus. E. Ignis est qualitas.* 5. De-
nique ajunt etiam genus prædicandi mutari, cum datur commix-
tio casuum obliquorum cum rectis uri fit in hoc Syllogitmo: *Ca-
seus est nequam. Tu es casem. E. Tu es nequam.*

L. D. Philippus Melanthon communis Germaniæ Præceptor
lib. 3. *Dialect.* ita inquit: *Nun valet consequentia mutato genere præ-
dicationis usitato in peregrinum.* i. e. cum commiscetur prædicatio
usitata cum inusitata ut: *Omnis generatio fit propter conservatio-
nem speciei. Generatio divina est generatio. E. Generatio divina fit
propter conservationem speciei.* Hinc communiter respondent per
hanc regulam, quòd major sit usitata propositio, minor inusitata
prædicatio, & ita mutatur genus prædicandi: Verùm hinc postu-
mus relicta hac regulâ limitando etiam res pondere: hoc modo:
Omnis generatio sc. Physica fit propter conservationem speciei,
& ita limitatâ majore rectè à nobis minor negatur: Non enim
generatio divina est generatio Physica: Sic cum dicitur: *Omne
corpus est in loco; Corpus CHRISTI est corpus. Ergo. Corpus
CHRISTI est in loco.* itidem major limitari potest. Omne corpus
merè Physicum. & in naturali statu consideratum est in loco. Et
ita factâ, hac majoris limitatione negamus minorem: Non enim
Corpus CHRISTI est corpus merè Physicum prout Theologi
nostri docent ex sacris.

LI. Referunt etiam ad reg. 7. thes. 49. propositam hunc, &
hujus similes Syllogismos: ut e. g. *Quicquid emisti, comedisti. Car-
nem*

nem crudam emisti, Ergo carnem crudam comedisti. Sed hinc re-
 sponderi potest, quod minor sumatur vel in hoc sensu: *Carnem*
crudam, quæ fuit cruda, emisti, & sic potest concedi conclusio. Car-
nem, quæ fuit cruda, comedisti: Vel Minor accipiatur ita: Car-
nem crudam, in quantum cruda fuit, emisti, fiatq; conclusio: E.
carnem crudam, in quantum fuit cruda, comedisti. Tunc quinque
 termini erunt in Syllogismo: 1. est in majore *emisti*, absq; limitatio-
 ne positus: 2. in minore cum limitatione positus *emisti, in quantum*
fuit cruda 3. in majore, *comedisti* 4. in conclusione, *comedisti, in*
quantum fuit cruda 5. est *caro.* Vel potest limitari major in hoc Syl-
 logismo hoc modo: *Quicquid emisti illud comedisti* sc. prout habet
 suam formam accidentalem, cruditatem videlicet, ita negamus
 majorem. Ita etiam ad pleraq; exempla in hac reg. proposita limit-
 tando responderi potest.

LII. Reg. VIII. Nullus Syllogismus obliquus, concludit perse
 sed quicquid concludit, concludit virecti. Reducendi sunt igitur
 Syllogismi obliquorum casuum ad casus rectos, ut ita verum & per-
 spicuum iudicium Logicum de iis ferri queat. ut hic Syllogismus: *In*
foro est Paulus. In foro est Petrus, E. Petrus est Paulus. falsam conclu-
 sionem infert ex veris præmissis; vitium inde est, quia constat ex
 obliquis casibus: Si verò resolvatur ita in suos casus rectos, bene se
 habebit conclusio: utpote: *Forum est id, in quo est Paulus, Forum*
est id, in quo est Petrus, E. id in quo est Petrus, est id, in quo est Paulus
 Sic cum profero hunc Syllogismum: *Nullum prædicatum est Sub-*
jectum. In omni enunciatione est prædicatum: E. In omni enunci-
atione non est Subjectum: falsam vides esse in eo conclusionem;
 quæ falsitas unde orta sit, apparet ex resolutione minoris proposi-
 tionis obliquæ, ad rectam hoc modo: *Omnis Enunciatio est id, in*
quo est prædicatum, & ita quinque termini erunt in Syllogismo hoc,
 si integrè ita proponatur in casibus rectis: *Nullum prædicatum est*
subjectum: O Enunciatio est id, in quo est prædicatum E. Omnis e-
nunciatio est id, in quo non est Subjectum. 1. terminus est in majore
 propositione, videlicet, *Prædicatum.* 2. in minore *id, in quo est præ-*
dicatum. 3. in majore, *Subjectum.* 4. in conclusione, *id in quo est*
subjectum. 5. *Enunciatio.* Sic simili morbo laborat & hic Syllo-
 gismus

gismus *Nulla anima est materia: In aliquo corpore est anima. E.*
In aliquo corpore non est materia.

LIII. Reg. IX. Conclusio debet sequi partem debiliorem: Sensus hujus regulæ est, quod conclusio debeat esse negativa, si præcæserit negata propositio, & particularis, si præcæserit particularis. Rationes regulæ sunt 1. quia si particularis propositio præcedat, inferatur tamen conclusio universalis, proceditur à non distributo ad distributum. ut: *Omnis homo est rationalis. Aliquod animal est homo. E. Omne animal est rationale.* In minore hujus Syllogismi *ad animal* non distribuitur, in conclusione autem distribuitur. 2. quia effectus nunquam nobilior est suâ causâ præsertim æquivocâ, qualis est antecedens respectu consequentis. 3. ratio canonis hujus desumi etiam potest ex dictis de Omni & Nullo. Vide hanc rationem in disput. Log. VI. *Horn. thesi 41. & seqq. p. 111. & seqq.* 4. deniq; probatur hæc regula exindè, quia aliàs ex veris præmissis sæpe inferetur falsa conclusio. Notetur verò canonem hunc valere de qualitate & quantitate, non falsitate, non contingentia, non in syllogismis compositis, sed simplicibus, itemq; procedere eundem, si debilior pars adsit. *Vid. Danubarr. in idea bon. disput. & Mal. Soph. sect. 2. caut. 7. p. 286. itemq; Scheibl. in tract. Syllogist. cap. 2. de genera lib. regul. Syllogist. Reg. XI.*

LIV. Reg. X. Medius terminus non debet ingredi conclusionem neq; ex parte, neq; ex toto; juxta versiculum *Lex generalis erit, medium concludere nescit.* ut pessimus est hic Syllogismus: *Qui contingenter est doctus, est animal, Omnium homo est contingenter doctus. E. omnis homo contingenter est animal.* quia medius terminus ex parte inferitur in conclusionem. Sic nec hic Syllogismus bene concludit: *Omnium rugosus est tristis. Omnis senex est rugosus Ergo omnis senex rugosus est tristis.* Medius enim terminus totaliter & actu ingreditur conclusionem. Dico actu inferri in conclusionem, medium terminum, quia virtualiter sæpe latet in conclusione, nec tamen vitium est in forma ut: *Omnium homo est animal. Paulus est homo. E. Paulus est animal.* hic in animali; includitur medius terminus nempe *homo.* Canonis verò rationes sunt, Medius terminus causa efficiens est conclusionis, at nulla causa efficiens ingreditur effectum

effectum. Unde fuit argumentum tale. Omnis causa efficiens est extra effectum. Medium est causa efficiens (conclusionis) E est extra effectum (conclusionem.) 2 idem per idem probaretur, si medium ingrederetur conclusionem. 3. Conclusio est aliud à præmissis, ut patet ex definitione Aristotelis, at id non esset, si medium ingrederetur conclusionem.

LV. Reg. XI. In conclusione non sit plus vel minus, quam in præmissis. Rationes canonis sunt 1. quia aliàs sæpe ex veteris præmissis inferretur falsa conclusio, si hic canon nō observaretur 2. quatuor sæpe orientur termini. 3. Conclusio est effectus præmissarum: at effectus debet correspondere causæ suo modo: Peccatur autem contra hunc canonem 1. cum singularis numerus mutatur in pluralem numerum ut: *Judas prodidit CHRISTUM. Judas fuit Apostolus. E. Quidam Apostoli prodiderunt CHRISTUM.* 2. cum terminus aliquis ponitur in conclusione, quæ in neutra propositione fuit, ut: *Quorum DEUS vult misereri, eorum miseretur. Quorundam DEUS vult misereri. E. Quorundam DEUS miseretur absolute.* 3. cum in conclusione ponitur aliquid, quod si positum fuisset in antecedente, derogasset ejus veritati, ut: *Omne Depositum est reddendum. Arma sunt deposita. E. Arma sunt reddenda furioso.* Similiter & hic Syllogismus peccat. *Qui eminent sanctitate, sunt honorandi. Sancti eminent sanctitate. E. sanctitate sunt honorandi & invocandi.* Hic enim in conclusione ponitur *so* invocare, quod si positum fuisset in antecedentis majore, derogasset ejus veritati. Falsa enim est major ita formata: *Quicumque eminent sanctitate, sunt honorandi, & invocandi.* 4. Peccatur contra hanc regulam, cum aliquid omititur in conclusione, quod positum fuit in præmissis. ut: *Omnis Peccator, si egerit penitentiam, salvatur. Judas fuit peccator. E. Judas fuit salvatus.* Minus est in conclusione, quam in antecedente, illic enim erat conditio posita, quæ non est illata conclusioni. Ita enim debebat concludi: *E. Judas, si egerit penitentiam, salvatus fuisset.* Frequentissime autem in tertia figura in hunc canonem impingitur, ut: *DEUS est author boni. DEUS est author mali. E. malum est bonum.* Ita debebat concludi: *Quidam author mali,*

C

est

est author boni. Similes nexos & hi Syllogismi habent. DEUS est creator hominum, DEUS est creator asinorum. E. Asini sunt homines. Item: Paulus raptus fuit in tertium celum. Paulus raptus fuit in carcerem. E. Carcer fuit tertium celum. Ananias mentitus est Spiritui S. Ananias mentitus est DEO. E. DEUS est Spiritus Sanctus. Ita conclusiones debebant fieri. E. Quidam creator asinorum est creator hominum. E. Quidam raptus in carcerem, raptus fuit in tertium celum. E. Quidam qui mentitus est DEO, mentitus est Spiritui S. & sic optimi sunt Syllogismi in forma.

LVI. Reg. XII. Syllogismus habens consequentiam formalem, procedit servatâ eâdem terminorum dispositione in quavis materia, & semper ex veris præmissis elicit veram conclusionem.

LVII. Reg. XIII. Conclusio nunquam neganda est in Syllogismo i. e. in solutione argumenti non debet responderi per negationem conclusionis, sed qui verè vult ad argumentum aliquod respondere, debet vel consequentiam negare, vel negare aliquam præmissarum, vel distinguere, & limitare.

LIX. Reg. XIV. Cùm conclusio est affirmata, medius terminus debet disponi cum utroque extremo questionis affirmatè.

LIX. Reg. XV. Cùm conclusio est negata, medius terminus disponitur cum altero extremo affirmatè, cum altero negatè. Exemplum duarum harum regularum passim occurrunt.

LX. Reg. XVI. Medium bis ponitur ante conclusionem, valet autem canon de Syllogismis perfectis, non imperfectis. Ratio ejusdem est, quia medium est causa connectendi, aut disjungendi extrema conclusionis.

LXI. Reg. XVII. Ex uno Syllogismo possunt sequi multæ conclusiones, sed tamen una conclusio est primaria, cæteræ sunt secundariæ, & eppendiculares, idq; fit, vel per conversionem conclusionis, vel 2. si ex conclusione universali deducatur particularis, vel 3. si ad conclusionem de causa inferatur consequens, quod eisdem etiam conveniat effectus.

LXII. Reg. XVIII. Ex veris non concluditur falsum, scilicet
per

per se, per accidens tamen sæpè ex veris falsum sequitur. Hanc regulam habet *Ar. 1. prior. c. 2. §. 2.*

LXIII. Hæc de regulis generalibus dicta sufficiant, restat ut dicam aliquid de specialibus figurarum regulis.

LXIV. Regulæ speciales primæ figuræ sunt duæ: I. In prima figura major semper sit universalis. Ratio regulæ est, quia aliàs peccabitur contra dicta de Omni & de Nullo, quæ actu sunt in Syllogismis primæ figuræ, at ea flagitant, ut medius terminus distribuatur in majore in prima hac figuræ.

LXV. Dicat autem aliquis sæpè inferri veram conclusionem ex majori particulari, Resp. id, cum contingit, fieri per accidens & vi materiæ, non verò vi formæ, de qua sermo est hic locis, ut ex veris præmissis infert veram conclusionem hic ex majori particulari Syllogismus: *Quoddam animal est rationale. Omnis homo est animal. E. Quidam homo est rationalis.* Sed eundem materialiter saltem non formaliter ex veris veram concludere conclusionem probatur per Syllogismum hunc, qui est similis formæ. ut: *Quoddam animal est rationale: Omnis bestia est animal. Ergo. Quidam bestia est rationalis.*

ob.
Pe si et
ni san f
ter.

LXVI. Philippus Du Trieu dicit non fieri medij distributionem, si major sit particularis in prima figura: ut *Aliquod animal est homo. Omne brutum est animal. E. aliquod brutum est homo.* In majore enim medius terminus sumitur determinatè, in minore confusè.

LXVII. 2. Reg. spec. In prima figura minor semper debet esse affirmata. Ratio regulæ est, quia dictum de omni & Nullo vult, ut minor contineatur sub medio, quod non fit, si minor sit negativa, ut *Omne adulterium est puniendum. Nullum furtum est adulterium. E. nullum furtum est puniendum.* Hic syllogismus est in prima figura formatus ex minore negante, & minor terminus (furtum) sub medio termino, (adulterio) non continetur.

LXVIII. Regulæ Speciales secundæ fig: sunt itidem duæ. I. In secunda figura ex majori particulari nihil sequitur. Ratio Regulæ est: quia si major fuerit particularis in secunda figura, procedetur

ã non distributo ad distributum ex parte majoris extremi, ut in hoc
 Syllogis: *Aliqua virtus non versatur circa terribilia & fiducialia se-
 cundum hominem. Omnis fortitudo vera versatur circa terribilia
 & fiducialia secundum hominum. E. quedam fortitudo vera non est
 virtus.* In majore terminus (*virtus*) non distribuitur, sumitur
 enim determinatè juxta regulam, quam habet Philip. Du Trieu.
*Utrumq; extremum propositionis particularis aut indefinitæ affirma-
 tiva, & subjectum negativæ sumitur determinatè; in conclusio-
 ne autem ille terminus (virtus) distribuitur, juxta Regulam ejus-
 dem authoris, quam ita proponit in tractatu de suppositione.:*
*Utrumq; extremum enunciationis universalis negativæ & prædica-
 tum particularis negativæ sumitur universaliter* 2. quia alioquin
 sæpe ex veris præmissis inferetur falsa conclusio, quod est *indi-
 cium* malæ formæ 3. patet ex inductione omnium modorum hujus
 figuræ, quod major debeat esse universalis, non particularis.

LXIX. II In secunda figura una præmissarum debet esse
 negativa. Hinc extrahitur talis canon. Ex puris affirmativis in
 hac figura nihil sequitur, videlicet, formaliter. Rationes regu-
 læ sunt 1. quia ex veris præmissis non raro colligetur falsa con-
 clusio, si Syllogismi 2. fig: è puris affirmatis propositionibus
 consent. ut *Omnis bestia sentit. Omnis homo sentit. Ergo. Omnis
 homo est bestia.* 2. regula hæc patet ex inductione omnium modo-
 rum hujus figuræ 3. quia medius terminus in hujusmodi Syllo-
 gismis non distribuitur. ut patet ex exemplo allato, in quo me-
 dius terminus *sentire*, non distribuitur in utraq; præmissarum,
 sumitur enim *confusè*. Nam prædicatum propositionis universa-
 lis affirmativæ sumitur *confusè*, sicuti habet Philip. Du Trieu in
 tract. de suppos.

LXX. Vitia contra regulam hanc aliquando manifestè cer-
 nuntur, aliquando verò latent. Patent in hisce exemplis, ut.

Omne brutum est animal.

Omnis homo est animal

E. Omnis homo est brutum

Item

Item.

Omnis servus est in alterius potestate
Omnis filius familiæ est in alterius potestate
Omnis filius familiæ est servus

Latent verò in his sophismatibus, ut: *Omne id est durum, quod est lapis. Omne ferrum est durum. Ergo omne ferrum est lapis* item: *Omne id est animal, quod est risibile; Omne brutum est animal. Ergo Omne brutum est risibile.* Vitiæ syllogismorum horum nata sunt ex transpositione terminorum in majore propositione. Major enim in primo allato syllogismo ita debebat constitui: *Omne id, quod est lapis, est durum*, quia prædicatione ordinatâ connotativum prædicatur de suo absoluto, non contra absolutum prædicatur de suo connotativo. Itaq; Syllogismus qui antea propter terminorum trajectionem erat in prima figura, nunc erit in secunda figura ex puris affirmativis, si constituatur in tali forma, ut: *Omne id quod est lapis, est durum. Ferrum est durum; Ergo ferrum est id, quod est lapis.* Simile iudicium de secundo etiam sophismate ferendum est, quod videlicet prædicatio in ordinata sic in majore, nam prædicatione ordinatâ latior terminus prædicatur de strictiori, at hic contingit contrarium: nam strictior est terminus (*risibile*) quam terminus (*animal*) & tamen risibile prædicatur de animali in syllogismo secundo adducto. Fiat ergo prædicatio ordinata, & syllogismus itidem erit in secunda figura ex puris affirmativis: ut: *Omne id est risibile, quod est animal. Omne brutum est animal. Ergo Omne brutum est id, quod est risibile.*

LXXI. Regulæ tertiæ figuræ sunt. 1. Minor in tertia figura sic affirmata. Ratio regulæ est 1. quia, si minor in tertia figura sic negativa, proceditur à non distributo ad distributum ex parte majoris extremi. ut *Omnis homo est animal. Nullus homo est leo. Ergo Quidam leo non est animal.* In hoc Syllogismo *id animal* in majore non distribuitur, in conclusione autem distribuitur, sicuti patet ex doctrina de suppositione. 2. quia ex veris præmissis inferetur falsa conclusio, sicuti manifestum est ex allato exemplo 3. quia omnes hujus figuræ modi hoc ipsum satis superq; demonstrant.

C 3

LXXII. 2. Ita

LXXII. 2. In tertia figura conclusio sit particularis. Ratio regulæ est, 1. quia aliàs ex vero antecedente colligetur falsum consequens, ut: *Omnis homo est rationalis. Omnis homo est animal. Ergo omne animal est rationale.* 2. quia, si conclusio sit universalis in hac figura, procedetur à non distributo ad distributum ex parte minoris extremi, ut: *Omnis bestia sensit. Omnis bestia vivit. Ergo Omne vivens sensit.* In hoc Syllogismo terminus (*vivere*) in assumptione sumitur confuse, qui in conclusione distributive accipitur. 3. Omnes modi hujus figuræ confirmant hanc regulam. 4. Syllogismi tales non possunt reduci ad primam figuram.

LXXIII. 3. Reg. In conclusione tertiæ figuræ sæpe post signum particularitatis pronomen relativum extrinsecus est assumendum, idque propter sensum verborum, eorundemque syntexin. ut: *Omnis ignis urit. Omnis ignis movetur. Ergo Quoddam quod movetur, urit.* Tantum etiam de regulis figurarum, restat, ut addatur aliquid de reductione.

LXXIV. Supra dictum est, Syllogismum esse vel perfectum vel imperfectum. Perfectus est, qui nullo indiget, ut habeat evidentiam concludendi. Imperfectus est, qui uno aut pluribus indiget, ut habeat evidentiam concludendi.

LXXV. Omnes quidem omnium figurarum Syllogismi habent necessitatem concludendi, sed tamen non omnes habent evidentiam inferendi conclusionem, uti sunt Syllogismi secundæ & tertiæ figuræ. Hinc Logici instrumentum aliquod Logicum habent, quo mediante illustrent & probent illam adhuc latentem concludendi necessitatem, est autem vel *Expositio* vel *Reductio*.

LXXVI. Expositio est, quæ per medium aliquod singulare inferitur eadem conclusio, quæ antea fuit probata per medium commune.

LXXVII. Reductio est instrumentum Logicum, quo Syllogismi secundæ & tertiæ figuræ reducuntur ad primam figuram.

LXXVIII. Est vel ostensiva, vel Indirecta & ad absurdum.

LXXIX. Ostensiva est, in qua propositionum conversione vel transpositione Syllogismus aliquis in secunda & tertia figura formatus reducitur ad primam figuram, juxta versiculos.

S vula

*S vult simpliciter veri, P verò per Acci
M vult transponi, C per impossibile duci.*

LXXX. Indirecta & ad absurdum est, quando valorem Syllogismi ostendimus ducendo adversarium ad absurdum, quæ reductio tum adhibetur, cum aliquis negat conclusionem concessis præmissis.

LXXXI. Instituet autem reductionem hanc ita, ut conclusioni non concessæ ab adversario contradicat, & deinde contradictoriam conclusionis substituatur in locum alicujus præmissarum & ita concludat. In cujus verò præmissæ locum substituere debeat contradictoriam conclusionis, docent te versiculi hi.

Servat majorem, variatq; secunda minorem.

Tertia majorem variat servatq; minorem.

~~~~~

### COROLLARIUM.


**A** N conclusio sit pars Syllogismi Resp. quidam affirmant, quidam negant. Nos affirmamus. In decisione verò hujus controversiæ, quadam sunt præcognoscenda, 1. præcognoscendum est Syllogismum sæpe apud Arist. sumi pro præmissis, sæpe etiã pro sola conclusione 2. non esse controversiam, utrum conclusio sit pars Syllogismi, quando sumitur pro præmissis, sed an sit pars Syllogismi, ut est discursus formaliter, & tertia mentis operatio, secunda & prima contradistincta. His præmissis, dicimus cum Wegero 1. Conclusionem esse partem essentialem Syllogismi, quod probatur 1. ex definitione Syllogismi Aristotelis, supra posita 2. Omnis discursus est quasi motus quidam animi, quo cognoscimus unum per aliud: Sed Syllogismus est discursus. E. est cognitio unius per aliud, & motus quidam à noto ad ignotum. Hinc talis sit argumentatio: Omnis terminus ad quem

quem est de essentia motus, utpote a quo specificatur. sed conclusio est terminus ad quem discursus. E. conclusio est de ejus essentia. 3. Si conclusio non esset pars Syllogismi, nec consequens esset pars enthymematis; Ratio consequentia in majore est; quia sicut se habet conclusio ad præmissas; ita consequens ad antecedens. 4. Si conclusio non esset pars Syllogismi, Syllogismus non esset tertia mentis operatio. Nec differentia hæc esset inter secundam & tertiam mentis operationem, Consequens hæc enim falsum, E. & antecedens. Tertia mentis operatio formaliter consistit in illatione, sicuti secunda in compositione & divisione. Illatio autem nihil aliud est quam conclusio, in quantum consideratur ut dependens à præmissis, sublatâ ergo conclusione, tollitur illatio, & per consequentiam tertia mentis operatio. 2. Cum auctore citato dicimus, conclusionem non solum esse partem Syllogismi, essentialem sed & formalem. De hac quæst: ita disserit vir Clariss: & Excellentiss: Wegerus cujus mentio supra facta. in quæst: super organ: Aristot. quæst. 9. in lib: prior: Analyt. p. 116. & seqq.










XL. *Demonstratio quæ fit à causa remota* e-  
 clusionem negativam, nunquam affirmativam  
 remotâ, non necessariò ponitur effectus, subla-  
 motâ, tollitur effectus. Unde syllogismi dem-  
 remotâ sunt in *secunda figura* in modo *Camest*  
*quid respirat, habet animam sensitivam, Lapis*  
*sensitivam. E. lapis non respirat.* In hac demo-  
 sensitiva est causa remota respirationis, non pr-  
 sitâ animâ sensitivâ, non ponitur respirationis, p-  
 sensitivam habent, non tamen respirant. Pu-  
 proxima respirationis. Exinde perspicuum est,  
 sa, e. g. *animâ sensitivâ* non posse procedere a-  
 ctum, respirationem. Negative tamen optin-  
 quentia, Sublatâ enim causâ remotâ, effectus  
 monstratio à causa remotâ habet aliquam conve-  
 monstratio absolute ita dicta, quia utraq; e-  
 ficit ab ea 1. quia non est causa proxima, per  
 a. quia propositiones non sunt immediatæ. De  
 effectu longè est perfectior illâ, quæ est à causa  
 demonstratione ab effectu propositiones imm-  
 non contingit in demonstratione à causa rem-  
 quata causa est, neque propositiones immediatæ.

XL. Sed dicat fortassis aliquis hanc divisi-  
 tionis non esse immediatam, sed dari alia gen-  
 erum idq; probet objiciendo. 1. Averrois opinio  
 genera demonstrationum, aliam *τὴ ὄν*, aliam  
 niq; quâ demonstratur *τὸ ὄν* & *διόν* simul. In  
*com. 95. & in epist. cap. de demonstratione & lib. 2*  
 alibi Resp. Objicienti hoc dubium, non esse  
 strationem aliam *propter quid tantum*, aliam  
*simul*. Nam omnis demonstratio *διόν* involvit

2. Objiciunt & alij hoc modo: Si datur de-  
 ad effectum, & vicissim ab effectu ad causam,  
 monstratio ab effectu ad effectum alium nec-  
 Ratio, quia propter necessariam effectuum con-

C



on-  
 usâ  
 re-  
 fa-  
 yic-  
 am  
 ra  
 po-  
 am  
 usa  
 no-  
 ffe-  
 se-  
 de-  
 de-  
 de-  
 rat.  
 ; ab  
 a in  
 od  
 da-  
 ra-  
 io-  
 ria  
 de-  
 ost.  
 &  
 on-  
 uid  
 usa  
 de-  
 m.  
 fla-  
 ria